

2183

## C O D I C E S

2184

eciam formatorum de vestra vniuersitate prodeuncium, qui armiductores existant sceleris immanissimi resuscitandi errores letiferos Johannis Wycleff anglici doctrine katholice dissonantes, et ob id dudum legitime condemnatos &c. Procedunt dein ad diluenda objecta: Neminem Pragensium Vienneae molestia adfectum preter quendam nomine dominicum de Zagrabia, qui circa festum dominice ascensionis propter friuolas et temerarias assertiones errorum Wycleff et eorum approbacionem domino officiali curie patauien. (Andr. de Grillenberg) denunciatus capiebatur per eundem, non per aliquem de magistris nostris; quin pro fatente, se eos errores vel saltem aliquos a magistro Jo. bus docente publice didicisse, et recantante Univerfitatem intercessisse. Nouimus eciam, pergunt, quod fere ante annos tres (1410) Idem dominus officialis eciam magistrum Jeronimum de praga tamquam de eadem wycleffistica secta suspectum ad iudicium euocauit, non tamen incarcerando, sed deferendo suo gradui recepto ab eo iuramento sola obligatione de stando iuri. et diffinitivam sententiam expectando, sub periurii et excommunicationis late sententiae penis, quas ipso facto incurreret, si ante recederet, sed clam recessisse Hieronymum, unde Pragenses aduersus eum concitant. Narrat rem ex ipsius Grillenbergii Literis Hansizius suprac. confundit vero Proc. Lupacius, dum in suis Ephemerid. ad diem 8. Jul.

1413. narrat, Michaelem de Malonicz h. d. dedisse literas ad Univerfitatem Vien. de dimittendo ex custodia M. Hyeronimo Pragensi. Reliqua proluxae Epistolae pars in defendendis iis, quae Job. Sybartus Zagrabiam scripserat, et in stimulandis Academicis Pragensibus, ne Wicleffistas pro arbitrio agere finerent, infumitur. Subscriptum: Vestri rector (M. Joh. Fluck de Phulendorff) et Vniuersitas studij Wyen. Paulo longior fui in recensenda hac Controversia, cum nec apud Bob. Balbinum, nec in Consp. Historiae Univ. Vienn. nec in Baltb. Kerbelicbii Hist. Ecclesiae Zagrab. quidpiam de ea adnotatum deprehenderim. Confer et Cod. CCCCXVIII. n. 27.

## DLXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. 12<sup>o</sup> XV. Folior. 240. f. probe scriptus, olimque, ut praenotatur, Monasterij Sancte Marie alias Scotorum Wyenne, his partibus constat: I. Johannis Gersonii Cancellarii Paris. Collectorio super Magnificat, quod in Tractatus XII. tributum, Summarioque ac Probemio instructum, ut in edit. quam Dupinio inscribunt, T. I. col. 229. decurrit. Ad calcem nobis subnotatur: *Explicit liber super cantico marie et byno Lugduni* (ubi Johannes opus istud composuit) *Scriptus in Concilio generali Basilien. Anno 1433<sup>o</sup>.*

II. fol. 204. p. 2. absque titulo sequitur Eiusdem Tractatus, qui

qui in edit. cit. T. III. P. I. p. 323. infigitur: *De Praeparatione ad Missam et Pollutione nocturna*, et incipit: *Dubitatum est apud me frequenter &c.* Verum tres duntaxat primae *Considerationes* nobis subpetunt, quae in ea definunt verba: *et presumptionis foueam.* Opusculum istud cum aliis praestantissimi viri *Tractatibus* sub ipsa *Typographiae* primordia non semel prelo subiectum est.

III. fol. 207. Incipit *Prologus Magistri Johannis Gersonis Cancellarij Parysiensis de XX<sup>vi</sup> regulis ad interpretandum sacram scripturam Contra hereticos* (*Hufitas*) *modernos condemnatos.* Initium: *Oblaturus iuxta seniorum huius Sacri Concilij Constantien. &c.* Extat edit. cit. T. I. P. 3. p. 457. et in *Codd. nostris* variis, ut *Index* docet. Sed ea, quae in edit. ex *Cod. Ms. D. Targny* inserta sunt, *Codices* nostri non habent. Praefens hac gaudet clausula: *Explicit tractatus aduersus heresim nouam de necessaria communicatione laicorum sub utraque specie raptim editus Constantie Anno. 1417. die XX Augusti a Jo. Cancellario parisiensi.* Adhaerent: *Auſoritates doctorum facientes ad predicta.* Sunt effata *Alexandri Alens. Richardi de Mediavilla, Nicolai de Lyra, et Tbomae Aquinat.* bifariam diuisa, de quibus in fine monetur: *Isti duo ultimi tractatus secundum intentionem auſoris. s. magistri Johannis Cancellarij parisiensi. debent poni post tractatum nonum prece-*

*dentem de magnificat. s. post versum Esurientes. In quo agitur de sacramento altaris. De quo nihil in Editione cit.*

IV. fol. 213. rubro: Incipit *pulcherrimum et deuotissimum opusculum de laude melliflui nominis domini nostri ihesu christi, editum a deuoto domino Bonauentura ordinis fratrum minorum doctore eximio in sacra pagina quondam sancte matris Romane Ecclesie presbitero cardinali.* Ita quidem *Titulus*, sed excusso *Waddingo, Oudino et Fabricio* nihil ejusmodi *Bonauenturae* tribui deprehendo. In *X. Sermones* abito *Opusculum* praevio *Prologo*, qui incipit: *Mulier chanaanica precibus importuna, sed verius opportuna, salutem filie petijt et accepit — et tu frater karissime labori meo non parcens nec occupationibus condescendens aliqua scribi de nomine Jesu, sermonem dixerim uel epistolam, uel contemplationis speculum, nescio, petis obnixius &c.* *Sermones* ipsi *Nomen Jesu* ut *virtuosum, gaudiosum, generosum et gloriosum* efferunt. Initium primi est: *Sicut aqua fontis exigui leniter evaporans &c.* Ad calcem legitur: *Explicit hoc deuotissimum opusculum a domino Bonauentura compositum Cuius lingua post reliqui corporis incinerationem integra et incorrupta remansit et in Conuentu fratrum minorum cuius ordinis ipse fuit in Ciuitate Lugdunen. reseruatur. Decebat siquidem ut tam nobile organum quod tam dulcia et sancta verba resonauerat, nullatenus sentiret corruptionem.*

*Deo gratias.* Quibus subjunctus est brevis ad B. V. Sermo. Ad quendam Sodalem *Ordinis Minorum*, cui, maxime post *Bernardinum Senensem*, domestica fuit Nominis *Jesu* veneratio, pertinere Opusculum, vix ambigo; quin *Thomam de Stavesham* s. *Staucham*, *Stravershanum*, *Shavestenum*, ut diversis scribitur, *Franciscanum Anglum Avenione 1346.* defunctum de *Excellentia nominis Jesu* librum reliquisse, ex *Baleo*, *Pitseo* et *Lelando* testantur *Waddingus* et *Tannerus*. Quod si tamen cum Librario nostro sentire quis velit, rarissimum fateatur, oportet, Scriptum, quod *Vaticanorum Bonaventurae* Editorum oculos fugerit, neque a *Lugdunensibus* deinceps sit adjectum.

## DLXXV.

438 Codex chartaceus germ. scriptus an. 1500. Folior. 39. 4. continet: I. Paraphrasin Opusculi *Job. Gersonis de Mendicitate Spirituali*, quod extat *Opp. omn.* edit. dietae *Antwerp.* 1706. T. III. col. 487. f. Initium: *Hie faubet sich an ain andechtiger loblicher tractat des Hochgelerten Doctors Johannis Gerson Cantzler zuo parys Von dem gaisstlichem bettel oder von dem Haimlichen gesprech der sel zuo dem menschen vnd ist die sel fragen vnd der mensch git antwurt &c.* Incipit igitur Homo: *O min arme sel O min schwache sel O min lame sel*

*O du min erbarmliche sel O du nutz guotz in dir oder vss dir bast &c.* Paraphrasin dixi; non enim presse Sententiis et verbis Autoris insitit Interpres anonymus, qui mihi ad *Helvetiae* confinia pertinere videtur. In Exemplo nostro *Prima* tantummodo Opusculi *Pars* comparet, quae finit: *Dardurch du magst vberkommen gottes gnad hie in dieser Zitt Vnd dort ewige süligkeit Amen. Anno &c. im funffzeben hundert Jar.* Idem Opusculum *Gallice* extare dicitur in 4. *Codicibus Victorinis* edit. col. *suprac.*

II. fol. 12. p. 2. Sententiarum e sacris Literis et PP. *Συγγραμματα* ad Homines Instituti monastici confirmandos et solandos hoc titulo: *Hie nach volgent ietliche hailfame lere vnd Spruch der hailigen lerer vssgezogen vss mancherlay bucher mit flyss fur etlich gaisstlich personen die mir insonder in gaisstlicher liebe enpfolben seind &c.* Autorem eundem puto cum superiore Interprete, et quidem e Familia *Benedictina*; ait enim fol. 14. *Des spricht wol in der regel vnser hailiger vatter Benedictus.* Sanctimonialia ab eo potissimum respici, patet fol. eod. *Hie merck du dienerin gottes mit allen flyss.* Et fol. 24. p. 2. *Vberlyss dis büchlin dick (oft) wann ich hon es von hertzen gern geschriben vnd nit on schaden vnd vss liebe vnd mitliden des bleden zartten geschlechts minen lieben schwestern.* Ad calcem: *Dises bieschlin ist geschriben worden in dem*